



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Secunda pars.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Sermo

mortui venite ad iudicium. Item nec illam aduertunt vox dā
nationis. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est dya
bolo &c. Item nec clamores glorificationis audiunt. venite bene
dicti patris mei. &c. Muti sunt etiam peccatores ad confessionez
peccatorum. ad dei laudem. ad prolationem verboꝝ edifica
tio nis aliorum. Tercio ponitur deprecatio: et deprecabantur euz
vt imponeret illi manum. efficax enim est christi manus ad sal
uandum. Ysa. 59. non est abbreviata manus domini vt saluaē
nequeat. hec est illa manus que plantauit aurem: & formauit
os hominis & linguā. exo. quis fecit os hominis. aut quis fabri
catus est surdum et mutum. nonne ego et cetera.

Secunda pars.

G

Secundo cum dicitur. Et apprehendens eum &c. ponit
tur benigna precantium exauditio. vbi duo facit. p
mittunt enim septem que operatus est in hoc miracu
lo. Primum est infirmi apprehensio: et apprehendens
eum: vt enim humanum genus liberaret a morte. naturam no
stram assumpsit. Debreoꝝ. z. nusq̃ angelos apprehendit: sed se
men Abrahæ apprehendit. vt per mortem eum destrueret. q̃ ha
bebat mortis imperium. et eos liberaret qui erant obnoxii huius
tutis. sic etiam vt hunc liberaret apprehendit manu. Diere. 21.
apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra egypti. Se
cundo ponitur ipsius sequestratio: de turba seorsum: et hoc pp
ter tria. Primo scdm Crisostomum: vt doceat nos fugere inanē
gloriam. ne opera nostra faciamus coram hominibus. Secundo
vt dicit glosa quatenus doceat: q̃ principium sanande mentis
ē a turbis cogitationū segregare dolentem. Tercio ne tumultu
turbe impediretur surdus ab intentione diuina. Tercio po
nitur digitorum immissio: misit digitos in auriculas eius: pri
mo quidem. quia digiti pertinent ad operum distinctionem vt
igitur audiendo disceret quid qualiter esset agendum. digiti i
aure eius ponuntur. Secunda vt diuina lex in tabulis cordis
eius scriberetur scripta digito dei. Tercio quia digiti dei signāt
dona spiritus sancti. per que est spiritalis mens auditus. Id
Quarto ponitur ipsius lingue medicatio: et expuens tetigit li
guam eius: ecce nouum medicinale vnguentum. Theophilus
omnia membra corporis christi diuina existunt et sancta. etiaz
sputum quod est superfluitas. Quinto ponitur aspectus in celū
et suspiciens ihesus: et hoc ideo. vt dicit Beda. quatenus ostē
deret inde mutis loquelam. inde surdis auditum. inde cunctis in

firmantibus medelam esse querendam. psal. auxilium meum a domino qui fecit celum et terram. Jaco. primo omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est. Sexto ponitur signum dolosis: ingemuit: non eo quod ipsi sit opus aliquid a parte cum gemitu petere. sed ut daret exemplum gemendi in oratione pro nostris et aliorum excessibus. Ingemuit etiam ut dicit Crisostomus. compassus miserie tantarum infirmitatum. in qualibus genus humanum propter peccatum incederat. Septimo ponit christi imperium. et ait verbo potentissimo per quod facta sunt omnia. **Effeta**: hebraicum verbum est. et ideo subiungit eius interpretationem: quod est ad aperire: mandavit auribus eius etiam surdis. ut aperirentur a surditate et surditatem nostram aliquando forti clamore frangit. fregit surditatem Pauli dicens Saulle saule quid me persequeris. fregit etiam surditatem beati Augustini prout ipse dicit. 10. confessio. clamasti et vocasti. et rupisti surditatem meam. coruscasti et splendisti etc. **¶** Secundo ponitur sanitatis effectus. et primo de auditu: et statim: ad verbum christi: aperte sunt aures eius: in missione digitorum in auribus. et verbo christi dicentis. effeta. aperuit aures surdi. Psal. 15. aures surdorum patebunt. Deinde ponit miraculum de liberatione muti et solutum est: virtute salivae christi: vinculum lingue eius et loquebatur recte: dei enim perfecta sunt opera. ubi excepto miraculo apertionis aurium triplex attende miraculum. unum quia solum est vinculum lingue eius. accipiens loquendi facultatem. Alterum quia locutus est. cum tamen nemo eorum hominum docuerit. Tercio quia loquebatur recte: non balbutiens aut detruncans verba. Et attende quia multum expedit ut solvatur vinculum lingue peccatoris. quia dyabolus tripliciter ligat: visco verecundie. ne confiteatur. visco pigritie ad orationem. visco immundicie qualiter quorundam hominum lingua ligata est ut continue turpitudinis et inhonestatis verba pronunciet mors autem et vita in manu lingue sunt. ut dicitur Proverbia. 18. et iteque Mathaei. 12. ex verbis tuis iustificaberis. et ex verbis tuis condemnaberis. quapropter expedit ut salivae christi tangat linguam eorum. et corrumpatur vinculum pravitate etc.

Tercia pars.

R

Etiam cum dicitur. et precepit illis. subditur miraculi servens predicatio. ubi tria ponuntur. Primus est preceptum de tacendo miraculo: et precepit eis ne cui dicerent: et hoc quatuor ex causis. prima secundum Hieronimum. ut doceret non esse